MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS II: 14.2. 1.5.)

Melk, um 1470 Seite 251v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

querimoniam canens interpellat. Loge-
minat vota cum votis, et ut reportaret
illum omnibus modis instat. In applicata quoque
synodo canonum testimonia revolvens,
coram omnibus se iuste petere clamat.
peccatum esse singulis ecclesiis maritatis
solam Pragam suo pastore viduari. Iu-
ste petentibus benivolam aurem viduae
ecclesiae maritum suum praebere. libera mente
postulans erat. Rursum exitne quaerens
est ad patriam. continuis litteris hoc idem re-
iterare non cessat. Nec dimisit prius
donec pollicitus est dominus apostolicus facturum
se esse quae vellet. Tristatus est autem homo
dei. quia linquere cogitur monasterium.
Praescierat enim quia populum cum pastoralem
curam debuit a via sua mala nemo flec-
tere quivisset. sed tristem eius animum
hoc valde solatur. quia si in commissis sibi a-
nimabus dignos fructus agere nequisset.
extraneis et non baptizatis praedicator
missus fuerat.

Ergo multis lacrimis fratrum dulce
monasterium linquens, cum summae
discretionis viro Notherio episcopo ultra alpes
proficiscitur. Cumque velut duorum prope mensi-
um iter agerent, venerunt Maguntiam.
ubi regressus ab Italicis oris imperator
commoratus est. Cum quo vir dei bonum man-
sit tempus. quia familiarissimus sibi erat.
et nocte pariter ac die velut sassimus cubi-
cularius in imperiali camerae adhesit.
Nam die sive nocte cum turba locum
dedit. scilicet allo[…]quiis aggreditur illum.
docens ne mag[…]nium putaret se im-
peratorem esse. cogitaret se hominem mo-
riturum. cinerem ex pulcherrimo pu-
tredinem et vermium escam esse futurum.
viduis se exhibere maritum. pauperibus
et pupillis monstrare se patrem. time-

Hec autem non sic velut sancti aliquo amore captus.
sed quia dilexit ipsum. et dulcibus dictis ad amo-
rem celestis patrie accendere voluit.

re deum ut iustum ac districtum iudicem.
amare ut pium veniae largitorem ac mi-
sericordiae fontem. sollicite pensare quam
angusta via quae ducit ad vitam. et quam
pauci qui intrant per eam. Bene agen-
tibus esset per humilitatem socius. contra
delinquentium vitia per zelum iustitiae erec-
tus. Ad hunc modum cuncta subnectens.
monet karum filium praesentis vitae bona
despicere. aeternitatis electionem deside-
rare. mansura quaerere in rebus temporalibus.
et transitoriis fiduciam non habere. Cunctis
qui in regia domo erant servitute ser-
vivit velut servus omnium. sic eorum vilis-
sima quaeque manibus tractat. et omni
humilitate eorum servitia facit. Noctibus
quoque cum carpserant somnum. calcia-
menta eorum componere cura fuit. a ianito-
re usque ad principem regie domus om-
nium caligas aqua lavit. et purgatis
sordibus eas suo loco restituit.

Ad hunc modum plurima servitia
egit in camera. quanto quoque vilissima
erant. tanto libentius ea per humilita-
tem ministrat. Sed servus minimus auctor
diu incognitus latuit. donec quidam
Wolfarius regius imperialis minister. et
sibi dilectus cubicularius sanctum prodidit fuisse.
Vidit quoque ibi somnium nocte una. huius-
modi erat. Putabat se fratris sui curtem
adire. et media [nocte] curte stare domum.
cuius structura aspectu erat delectabilis.
parietes et tecta nivei candoris. inter duo
lecti unus sibi. alter fratri suo deputatus erat.
uterque scilicet ut decuit multum honoris
gerens. sed lectus suus omnem gloriam
alterius longe praecellens. totus purpureo
splendore et sericis ornamentis amictus. ad
caput vero aurei stamminis lintheo
pulcherrimo redimitus. Sursum in capite